tuere et cadere vt sic quod p pulcritudinē  
et fortitudinē a deo recesserat p infirmi-  
tatem et debilitatē reuocetur et peniteat.  
Psalmista. O multipliante sunt infirmi-  
tates eorum. Exemplū de bō paulo dicēte.  
Libet et gloriabor in infirmitatibus meis

Tertii signi quod Julius cesar accepit fuit q̄ littere indices mortis iminetis sibi tradite fuerūt. quas si legiss̄ mortē euafisset. Hoc signū facit de' nob̄ bis peccatorib⁹ qui tūc dicit trade elitteras indices mortis nostre dñi sua gratia cōsciētias nostras illustrat ut legere possumus peccata nostra quib⁹ mortem eternā merum. Et ideo dū luce & gratiā sancti sp̄i haleamus litteras istas legamus. i. peccata nostra referam⁹ bono corde. & postea sacerdotio ore. ut sicle gendo mortē eternā euadere valeam⁹ ne littere clause. i. cōscientie nostre nō mūdate post mortē nostrā aperiantur & manifestentur toti mundo.

Ex deus in hac vita placari potest.

### Capitulum. ccvij.

## n. Arratum quod

antiq̄tus mos erat romanor⁹ q̄ quādo cast̄ vel aliquā ciuitatē obsidebat vna candelā in certa mēsura accē debant & q̄dū candelā ardebat parati erant omnes ad pacē recipē q̄ntūcunq̄ malefactor⁹ eset. Sed postq̄ cōsummata fuerat omnes iusticie severitatē exercebant in hostes suos nec tñ alicui licet daret oī a bona sua misericordiā facere voluerunt.

### Applatio.

Erissimi. Sic h̄z deus se erga peccatores. Nā cordā nostra ciuitates anime sunt obessa cuj victis & cōcupiscētis p̄ dyabolum. mundum & carnē. de' ex sua misericordia statuit hominib⁹ tēpus in quo si relint posterint inuenire candelā accensam. id ē. q̄dū vita est in corpe quādo cūq̄ peccator⁹ misericordiā desideret pacē & concordiā dei reciperet. Tota vita nostra ē constituta & p̄missa ut penitentiā faciamus & viviamus. Unū salvator dicit. Nō mortē peccatoris tē. Et iō q̄dū ala est in corpe petamus remā & misericordiam obtinebam⁹. Johā. xvii. Perite et accipietis. Sz certe cū v̄ti nostra fuit terminata p̄ mortē. tunc nō erit tempus misericordiā petere & licet petierimus nō daref nobis. Ergo faciam⁹ penitentiā q̄dū adhuc sum⁹ in hac vita.

De virili pugna xp̄i & eius victoria  
Capitulum. xcix.

## c. Esar regnauit

In cuius regno erat quidā miles generosus ac fortis qui semel p̄ q̄n dam forestam equitabat bufonem cuj serpente vidit pugnare. sed bufo preualuit & serpente devicū. Hoc videns miles serpente iuuit q̄ bufonē grauit̄ vulnerauit. eius sit & fugam accepit tamē p̄ bufonē miles grauit̄ erat vulnerat̄. Hoc vidēs miles de equo descendit ledre nēnū bufonis in vulnerē eius remāsit. Oiles tomū pererit & longo tempore in infirmitate vulneris remāsit. Testa mētū suū cōdidit & ad mortē se parauit. Cū vero semel iuxta ignem iacuisset q̄ si de vita sua desperatus. serpens quē a morte saluauit intravit. Servi vidētes serpente dicerūt. Dñe quidā serpē intravit. Oiles cū illum respexit agnouit eū q̄ serpē ille erat pro cui⁹ defensione vulnera & omnia mala suscepit. Oiles ait. Nolite eū impedit̄. credo q̄ nullū malū mihi faciet. Serpens vero coram omnib⁹ ad eū accessit & venenum vulnēris cū lingua surit quoisq; os plenum habuisset. Strati extra tomū cucurrit & venenū extra se proiec̄it. Rediit & advulnus iterato accessit his terquousq; totū venenū haurit. hoc facto miles serpē tu lac ad bibedū dedit. Cū dō sic bibiſſ bufo a quo miles vuln̄ recepit intravit & cōtra serpentem pugnare incepit ac si cēt in vindictā q̄ serpē militē sanauit. Oiles cū hec vidisset ait suis suis. Laetissimi sine dubio ille ē bufo quē vulnera pro defensione istius serpēs a quo omnia mala recepi. Si serpentē devincat me inuaderet. & ideo si vitā meā diligis illum in cōtinenti occidatis. Servi hoc audientes cū gladijs & fūlibus illuz occiderunt. Serpēs vero quasi applaudēdo & regreditando hincinde circa pedes dñi se aueruit & foras exiuit. Oiles dō pfectā fāratē recuperauit. O Iorālisatō.

Erissimi Impator ille pat̄ celestis. Oiles est dñs noster Iesus christus. Bufo dyabolus.

**S**erpens homo. Et hoc propter duo ser-  
pens potest dici homo. Primo propter pec-  
cati venenū et propter antidotū ac imagi-  
nem Christi quā portat Homo enim extra dia-  
bolum habet pugnare. Quod dicitur Non est  
alius qui pugnet pro nobis nisi tu deus no-  
ster. Quādō vero totū genus humanū  
propter peccatum primitū parētis etat suppe-  
ditatum Christus pro nobis pugnauit et dyabolo  
lum superauit. Et ipse graviter vulnera-  
tus est nō tātē in uno loco sed in multis  
vñā infirmaf. licet nō in se tñ in suis mē-  
bris. Et iō si homo gratius fuerit debet  
venenū ab eo extra hæc. i.e. infirmitatē et  
indigentia a suis expellere pro opa misericordie.  
sicut scriptū est math. iij. Qd  
vni ex nimis meis fecistis mihi feci  
stis. Si vero bufo redēat ut tibi noceat  
vitilis etra eū pugnare debes et fui tui. i.e.  
bone virtutes quās in baptismō receperisti  
te uiuabūr. et sic diabolū superabis et vitā  
eternā habebis. Ad quā. tc.

Q Christus pectorē nō statim pro iusticiā  
precipitat sed misericorditer eū penitē-  
sem expectat. **L**apitulum. c.

**D** **I**ocleianus regē  
gnauit qui statuit pro lege quod si  
mulier aliqua sub viro suo esset adulterata  
occidi detinet. Accidit casus quod qui  
dam miles quādā puellā in uxore duxit  
et ex ea unū filii genuit. Cœuit puer et  
ab omnibz est dilectus. Post hec p. ei  
ad quoddā bellū prepū et viriliter pug-  
nauit. In quo bello brachium dextre amissit.  
Interim eo aleūt error ei est adulterata.  
redit maritū adulterā suenit. Cum  
fī legem maritū eū occidere debet et  
cauit filiū suū et aut. Latifundū mī  
adulterium comisit. Unū fī legē p me  
mori detinet sed brachium amisi ideo nō  
potero eas occidere. Precipio ergo tibi  
ut eam occidas. At illius. Lex pcepit  
parentes honorare. Si ergo detinē pro  
priā matrē occidere contra legē ppe-  
rem et matris maledictōem incurrit.  
nolo tibi in hoc obedire. Et sic mulier p  
sū pī filii evasit mortem.  
Eritisimi. Iste. O moralisatio.  
impator est deus pater. O Iules ē

dōs noster Jesus Christus. vixit annū. De  
pater precepit si anima sub Christo adulterata  
fuerit occidi detinet eternalē. s. in  
penis permanere et quotiens ala mortali-  
ter peccat totiens adulteratur Deus fi-  
lius contra dyabolum ad bellum perrexit.  
In quo bello brachium dextre depositum. sc  
omnē austētatem quod ante incarnationē  
eius habuit. ideo misericordus factus est  
quasi agnus et nō vult nos occidere. O  
deus pater precepit ut occidamur. Re  
spōndit filius Carnē humanā de matre  
mea sumpsi et ideo hominē occidere nō  
potero et sic peccator p contritionē et con-  
fessionē euadere potest et ad vitam eter-  
nam puenire. Ad quam. tc.

Q mundus in maligno positus est et  
vndic angustie. **L**apitulum. ci.

## n **A**rratūr de ho-

mine quādā nōle ganteret quod lo-  
cum gaudēdi sine fine optabat. Quā-  
dā die mane surrexit et sol ad viā am-  
bulabat quousq; ad quoddā regnū per-  
uenit in quo rex illi regni defunctus nup-  
erat. Satrape regni vidētes eū strenuū  
illū in regē elegerūt. Ille vero sic electus  
valde gauilius est. Lū at nocte adesset ser-  
ui eū in camerā introducerūt in quo leo  
nē fortissimū ad caput lecti videt. ad pē-  
des draconē. ad latē terrā lecti vslum.  
ex alio latere serpētes et bufones. ait gā-  
ter. Quid est hoc. nūqd me oportet in  
isto lecto iacere cū istis bestijs. Eiunt.  
Imo dñe. Nā reges aī te in isto lecto  
iacuerūt et p istas bestias sunt deuorati.  
Ait rex. O iahi ola bñ placēt h̄ tñ istū  
lecti cū bestijs ablopreo quod rex vester ee  
nolo. Et ab eis recessit. et ad aliō regnū  
venit ubi silt in regē est electus. Cum  
nocte adesset camerā intravit et lectū pul-  
certimū nouaculis acutis plenū videt  
Ait ganterus. Nōne oportet me in isto  
lecto iacere. Serui dixerūt. Eiā domi-  
ne. Nā reges ante hic iacuerūt et in isto  
lecto morui sunt. At ille. Omnia bona  
sunt excepto isto lecto. et iō rex vester ee  
nolo. O Jane surrexit et viā triū diep sol  
p̄exit. In via quādā senēsup fontē iue-  
nit ledetem habentē in manū sua bacu.

lum et ait Banteret carissime vñ venis.  
At ille. De pribus te moris. Quo per  
gis. At ille. Tria q̄o et inuenire nō po  
tero. Que sunt illa tria. Banter et inuidit  
Primum est abūdātia sine defectu. Se  
cundū est gaudiū sine tristitia. Terziū  
est lumē sine lux sine tenebris. Ait senex  
Baculū istū accipe et per viā istā perge  
monte altū videbis ante te ad pedē mō  
tis stat vna scala habensq̄ ser gradus. sca  
lam ascende. Lū vero ad sextū gradum  
perueneris in summitate montis palati  
um pulcerimū videbis In ianua tres  
ictus pente. ianitor tibi respondebit.  
Onde ei baculū istū et dicas. Qui est  
d̄hs isti baculi tibi precepit ut me ita  
re permittas. Cum x̄o introitū habue  
ris ibidē tria que queris suenes. Ille  
vero omnia adimpleuit sicut ei senex di  
perat. Cum x̄o ianitor baculū viaisset  
ei introitum dedit ubi illa tria et multa  
plura inuenit et ibidem toto tēpe vite  
sue pinansit.

## Oratio.

Etissimi Iste Banterus potest  
dici quilibet bonus xpianus q̄  
mundū simpliciter debet serne  
te et ista tria querere sc̄ abundātia sine  
defectu. gaudiū sine tristitia. et lumen si  
ne tenebris Ista nō poterunt haberi ni  
fi in vita eterna et hoc cum magno labo  
re. O h̄mo factu sicut fecit gater. Per  
ge viam trium dier. i. p̄ ordēm. ieūni  
um. et elemosinā. Si cōtingat ad quod  
dam regnum puenire. i. mundana aliquā  
et cūes. id est mundanevanitatis te in  
regem eligunt. id est cor tuum in super  
biā dicunt. respice ad lectum. Lect  
iste est vita humana in qua p̄ breue tē  
pus iacebis. sed respice ad leonem. id ē  
dyabolum semper cōtra te paratum et  
draconem. id est mortē que te in oī lo  
co expectat et r̄sum. id est propriā con  
scientiam que te cōdemnabit et vermes  
id est peccata tua que te accusabunt Si  
ista itime cogita uelis cito de regno hu  
ius mundi te expedire poteris. Deinde  
ad aliō regnum p̄xit. ic. Si homō si  
dyabolum in vna p̄te supauerit. hōlem  
ad aliō regnum scilicet peccati ducit. s.  
ad regnum carnis in quo regnant deli

cie carnales et voluptates. si eis cōsen  
tires fact' eris fili' p̄ditionis. Et inde  
ergo ad lectū. Lectus iste est in eternis  
in quo dñes ille iacet plen' nouaculis  
scilicet penīs grauiſſimis. Si istum lect  
um intime recogites delicias carnis  
oīno respues. Si velis ergo ista tria in  
uenire quere senē cū baculo scilicet do  
minā nostrā Jesum xp̄m qui tibi conce  
dat baculū sancte crucis. Baculus iste  
est penitētia que telet ad viam salutis  
dirigere Unde psalmista. Uirga tua et  
baculus tuus ic. sed post h̄c oportet te  
ascendere scalam sancte vite in q̄ sunt  
gradus septem scilicet septē oīa misericordie p̄ que potes ad eternam vitam  
perueniri H̄c oportet tres ictus facere  
scilicet cōtritionē. confessionē. et satisfa  
ctionem habere Tunc ianitor. Id est bo  
nitas diuina te in regnum eternum p  
ducet Ibi abundantia sine defectu gau  
dium sine tristitia. lumē sine tenebris i  
uenies. Ad quod lumen. ic.

De transgressionib' anime et vulne  
ribus eius.

## Capitulum. cij.

## It regnauit.

In cuius impio erat quidam  
miles generosus deo valde deuotus. q̄  
vroxē pulcras habebat sed sub virto suo  
adulterata est nec de adulterio desiste  
re volebat. Miles vero cū hoc vidiss  
contristatus est valde in animo suo co  
gitabat terrā sanctā visitare et ait xpo  
sue Carissima ad terrā sanctā p̄ga vos  
discretioni vestre p̄mitto Cum a voltra  
mare p̄xit dñā quendā clericum p̄tū  
in nigromātia dilepit et cū eo dormiuit  
Accidit semel q̄ cum adiuicē in stratu  
iacuissent dixit domina. Si vñā rē mi  
hi p̄petrare me in vroxēducere posses  
Et ille. Quid est hoc qđ tibi placet q̄  
potero tibi ministrare. que ait. O Iarit  
meus ad terrā sanctā p̄icit nō me m̄  
tum diligit si cum p̄ aliquam artem oī  
cidere posses omnia que habeo obtine  
res. Ait clericus Tibi cōcedo ita tamē  
q̄ me in maritu accipies. que ait Hoc  
firmiter p̄mitto. Clericus vero quan  
dā imaginē nomine militis fecerat et in

pariete an̄ oculos suos ficit. Interim miles cū p̄ plateā cinctatis rome trāsi ret magister quidā pitus ei obuiabat. et intime eū respexit et ait ei. Carissime secretū habeo tibi dicere. At ille. Ōta gister qđ vobis placet dicite. Qui ait Hodie tu es fili⁹ mortis nisi auxiliū ha bueris a me. Uxor tua est ineretrix et de morte tua ordianuit. Ōiles audies qđ rū dūsset de uxore sua ei adhesit credi dit atq̄ dixit. Ō bone magister vitam meā salua et mercedē condignā tibi red da. Qui ait. Libēter te saluato si feces que tibi dixerō. Et miles. Presto sumi. Ō magister balneū fieri fecit et militem vestimentis exuit et balneū strate māda uit. Dein speculū volūtū in manū suam tradidit et ait. In speculo respice diligēt et mirabilia videbis. Ille cū speculū re spexisset et magister iuxta eū in libro legisset ait ei. Dic mihi qđ vides. Et miles. Quēdā clericū in domo mea video qđ vna imaginē de cera ad similitudinē meam in pariete ficit. Et magister. quid modo vides. Et ille. Ja arcū accipit et sagittā acutā in eo pōnit et imaginē incit sagittate. Et magister. Sicut vitā tuā diligis cū sagittā ad imaginē volante videris totū corp⁹ tuū in balneo volueſ aq̄ donec tibi dixerō. Ōiles cū hoc audisset et vidisset sagitta moueri corp⁹ suū sub aq̄ voluit totaliter. Hoc facto ait magister. Capit tuū el euā et in speculo respice. Qui cū fecisset dixit ei. Quid iā in speculo vides. Et ille. Imaginē nō percūstam s̄ a latere sagitta abiit. Et de hoc cleric⁹ multū dolet. Et magister. Ja in speculo quid facit respice. Et ille. Ja magis prope p̄git ad imaginem et sagittam in arcum ad p̄cutiendum ponit ut imaginē percūtiat. qui ait. Sicut p̄ fecisti et modo facias si vitā tuā diligis. Ōiles vero cum per speculum vidisset qđ clericus arcum tendet; totū corpus suū voluit in aqua. Hoc facto ait magister. Respice quid modo est. qđ cum fecisset dixit. Ō uero modo dolet cleric⁹ qđ imaginem non percūbit et uxori mee dicit. Si tercia vice imaginē non percūstam. p̄dam vitam meā prope imaginē

Ō todo p̄git propius ita qđ mihi vide tur qđ non poterit decipi quin imaginē percūtiat. Et magister. Sicut vitā tuā diligis tā curā haleas ut cum arcū vidēris trahi totum corp⁹ tuū sub aqua inuoluas donec tibi dixerō. miles semper in speculo respiciebat et cum clericū arcum extendere ad p̄cutiēdū vidisset. corpus suū in aqua iuoluit donec magister ei dixit. Surge velociter et in speculo respice. quod cū vidisset miles nō debat. Et magister. Charissime dic mihi quarerides. Et ille. Clare in speculo video qđ clericus imaginē non percūsset et sagitta est reuelata et eum inter pulmonem et stomachum percūsset et mortuus est. Uxor mea sub lecto meo foueam fecit et eū ibi sepeliuit. Et magister. Surge velociter et vestimenta induie et ora deū pro me. Ille vero ei de vita sua gratias reddidit. Factaq̄ peregrinatōne ad suā terram miles perrexit. Cum vero domū venisser uxoris eius obuiam ei venit et cū gaudio eum recepit. miles vero per plures dies diffimulabat. Tādem pro parentibus uxoris misit et eis ait. Latissimū lēc est causa quare misi pro vobis. Hec est filia vestra uero mea qđ adulterium sub me commisit. et quod peius est in mortem meā machinata est. Illa vero cum iuramento negauit. miles vero incepit et totū processum clericū recitat. quod si non creditis venite et vide te locum ubi clericus sepultus est. Eos ad cameram suam duxit et corpus clericū sub lecto eius inueniēt. Iudic est yōcatus et sententiam dedit ut ipa igne cōburere. Et sic factum est. et puluis illius corporis post per aerem dispergitur. Deinde miles sibi virginem pulcram in uxorem accepit et ex ea prolem genuit et in pace vitam suam finiuit.

Ō moralisatio.  
Aristimu. Iste imperator est dominus noster Iesus Christus. miles vero homo. Uxor caro que totū ens adulatur quotiens peccatum mortale committit. Homo autem hoc percipiens telet ad terram sanctam. id est ad regnum celeste per opera meritoria

adire. In via occurrat ei magister id ē  
discretus cōfessor q̄ pētōrē h̄ informa  
re. Clericus est diabolus q̄ loīem tenet p̄  
carnales voluptates in p̄tāte sua. eti  
git imaginē. i. aliam p̄ humānā supbia  
z vanitatē. Accipit aut̄ cū sagitta. Cle  
rus est m̄sud' iste cui' cornua sunt super  
bia vite z cōcupiscentia oculorū. Arcum  
istū tenet anar' homo. Sagitta acuta ē  
supbia. p̄ quā multi occidūt sicut p̄t̄ de  
lucifero z p̄t̄ parete adam. Lucifer di  
cebat. Ascendā sup̄ astra celi z similis  
ero altissimo. Et econuerso sagitta rei  
dixit. Eldā cōcupiuit qđ nō debuit z ideo  
occidetur. Imago anime bñ poterit esse  
de cera. quia sicut cera petīt. i. fluit a fa  
cie ignis. sic percunt peccatores a facie  
dei. Quid ergo est faciēdū ne dyabolus  
nos sagittet z occidat. Lerte balneū in  
tremus. Istū balneū est cōfessio in qua  
z per quam lauari telemus ab omni sor  
de peccati. sed oportet speculū politum  
tenere. i. sacram scripturā in manu tua  
h̄ est. teles libēter sermones audire et  
verba edificatoria in quib⁹ poteris peri  
cula precauere z sagittas diaboli expel  
lere. Sed dīc mihi quomodo. Ecce viā  
Cum arcus dyaboli cōtra animā tu  
am p̄ aliquā temptatōem tetēditur. in  
uolue totū corpus tuum. i. quicqđ feci  
sti cogitando telectando consentiendo  
in balneo cōfessionis z peccatum euane  
scet. Cum vero mūdatus fuetis z dyab  
olus occisus. i. deuictus. indu te vesti  
mentis tuis. id est. bonis virtutib⁹ q̄s  
in baptismo recepisti z p̄ge ad domum  
consciētiae tue z extra te corp̄us defuncti  
id est peccata quibus caro tua a via re  
vitatis teuiabat. Et tunc carnē igne pe  
nitēcie combure. z ossa id est peccata in  
ueterata annihilentur. Et sic per ventū  
id est cordis amaritudinē expellātur et  
poteris virginē ducere id est carnē a vi  
cis purgatā p̄ ignem diuine misericordie  
z gratie. z prolem. i. bonas v̄tutes  
p̄ consequens generare p̄ quā poteris  
ad eternū brauiū puenire. Qđ nobis  
concedat. tc.

De oībus rebus cū consensu z p̄ui  
dentiā semp̄ agendis. Lapi. cīq.

**D**ominian' reg  
nauit prudens valde z p̄ omnia  
iustus. Quoniam nulli p̄cedat quin per  
viā iusticie trāsiret. Elcidit semel dum  
in mensa sederet venit quidā mercator  
z ad ianuā pulsauit. Janitor vero por  
tam aperuit z quid ei placebat quesiuīt.  
Ait ille. M̄ercator suz alīqua haleo ad  
rendendū utalia pro sposa impatoris  
Janitor h̄ec audiēs eū int̄ duxit. Ille  
vero imperatores satis humiliiter saluta  
uit. Ait ei impator. Exquisitissime q̄le mer  
cator iū ad rendendū hales. Et ille Do  
mine tres sapientias. Qui ait. Et quō  
mīhi dabis quālibet sapientiā. Et ille  
Pro mille florenis. Ait rex. Etsi sapiē  
tie tue mīhi non p̄sunt pecunia meam  
perdo. Ait mercator. Domine si sapiē  
tie mee in vobis locū non obtinet pecu  
niā reddā. Ait impator. Optime dicas  
Dic modo mīhi sapientias q̄s mīhi ren  
dere velis. Et ille. Dñe p̄t̄la sapientia  
est ista. Quicqđ agas prudenter agas  
z respice finē. Sc̄da est ista. Nunqđ vi  
am publicā dimittas. ppter semita Ter  
tia sapientia est ista. Nunqđ hospitiū ad  
manendū te nocte in domo alicui' acci  
pias vbi dñs domus est senex z v̄porū iū  
uencula. Hec tria custodias z bñ erit tē  
bi. Rex dedit ei p̄ quālibet sapientia mil  
le florenos z p̄t̄am sapiam. s. Quicqđ  
agas prudenter agas z respice finē. fecit  
scribi in aula. in camera z in oīb⁹ locis  
in q̄b⁹ abulare solebat z in mappis in q̄  
bus comedebat. Post hec cito q̄rā in  
stus erat multi de impiō cōtra eū. Os̄pi  
rabāt vt eū occideret. z q̄r p̄ viā poten  
tie hoc adiplere nō poterat cū barbiton  
sore eius loquebāt vt cū barbā eius ra  
deret guttur eius scinderet z mercede  
halez. Barbiton sor vero accepta ab eis  
pecunia fideliter adiplere pmisit. Cum  
vero imperator radū teveret barbiton sor  
barbam lauit. z cū incepit radere respa  
xit infetiūs v̄dit manuitergiū circa col  
lum eius in qua erat scriptum. quicqđ  
agas prudenter agas et respice finem.  
Cum barbiton sor scriptura legisset in  
tra se cogitabat. Hodie sum cōdictus

ut istū hōsem occidā. si hoc fecero finis  
me⁹ erit pessim⁹ quia morte turpissima  
ero cōdemnat⁹ qz q̄cqd agas bonū est re  
spicere finē vt dicit ista scriptura Sta  
tim man⁹ ei⁹ incepēt tremere ita qz o  
uacula de manib⁹ ei⁹ cecidit Hoc p̄cipi  
ens rex ait. Dic mihi qd tibi ē. Et ille  
O dñe miserere mei. hodie sum cōdu  
ct⁹ ppter p̄cū te occidere. A casu sicut  
de voluit scripturā manuterg⁹ legi. s.  
Quicqd agas prudēter agas ⁊ respice  
finē. Stati cōsider qui qz finis me⁹ eset  
mors turpissima. nō manus mee tremē  
bat. Impator cū hoc audisset intra se co  
gitabat p̄sia sapiētiā vitā meā saluauit  
bona hora p̄cū p ea dedit. Et ait barbi  
toniori. Bimodo sis fidel⁹ tibi remitto.  
Satrapē iperij hoc vidētes qz nō pote  
rat p illā viā occidere intra se tra⁊tabat  
quō eū occiderēt adiuicē dixerit. Tali  
die recedet v̄lus illā ciuitatē sim⁹ illa  
die in semita abscōdit⁹ p̄ quā trālitum  
faciet ⁊ eū occidam⁹. At illi Bonū est cō  
siliū. Rex eodēt p̄ versus ciuitatē ppa  
bat se ⁊ cū extasiēt v̄lqz ad semitā illaz  
dixerit ei sui milites. Dñe bonū est per  
istam semitā trāsire qz platam viam qz  
propinquius est. Rex ita se cogitabat  
secūda sapientia erat qz nunc⁹ viā pub  
licaz propter semitā dimitterē sapienti  
am meā tenet⁹. dixerit⁹ milibus suis.  
Holoriā publicā dimittere. Vos ergo  
qui vultis p̄ semitā pergere ite ⁊ oia in  
aduentu meo preparate. Illi vero per  
semitā prexerunt ⁊ inimici regis cū es  
sent in semitis credebāt qz rex iter⁹ eos  
eset omnes surrecerunt ⁊ quotquot ve  
nerūt occiderunt. Rēcū hoc audisset  
ait intra se. Jam secūda sapientia mea  
vitā meā saluauit. Illi de impio viden  
tes qz p illā astutia cum occidere non  
poterat intra se cōspirabant quomodo  
eū necarēt dixerūtqz intra se. Tali die  
manebit in domo illi⁹ in qua omes no  
biles hospitatūr qz alio non est pro eo  
hospitiū. Loueniamus precio cum ho  
spite ⁊ cū uxore ⁊ cū imperator in stratu  
suo iacuerit illum occidam⁹. At illi. Bo  
num est cōsiliū. Cum vero rex ad illaz  
ciuitatē veneras i cādē domo hospitat⁹

erat. Fecit ad se vocari hospitē domus  
cum eum vidisset apparuit senex valde  
aī impator. Numqz uxore hales. Et ille.  
Etia dñe. Qui ait. O stende mihi  
eā. Quā cum rex vidisset apparuit iu  
nēcula habensqz decem ⁊ octō annos in  
estate. Et rex camerario suo p̄ergē cito  
⁊ lectū mesi alibi prepab⁹ quia hic non  
maneb⁹. At ille. Etia dñe sed iam pa  
rata sunt omnia. nō est bonum alibi  
iacere eo qz in tota ciuitate nō est p̄ no  
bis hospitiū v̄til⁹. Et ille. Ego dico ti  
bi qz alibi iacere volo. Stati camerari⁹  
eum amouebat. Et rex occulte ad aliū  
locū accessit ⁊ militib⁹ suis dicit. Vos  
qui vultis hic manere potestis h̄i mane  
ad me accedatis. Cum oēs dormirent  
senex cū uxore surrexit qz p̄cio cōducti  
erāt vt regē dormientē occiderēt ⁊ om  
nes milites occidēt. O Jane vero surre  
xit rex ⁊ milites suos occisos inuenit.  
ait in corde suo. O si hic iacuissim cū  
alijs necat⁹ fuissim. iā tertia sapiētiā vi  
tā meā saluauit. Senē cū uxore ⁊ tota  
familia i patibulo suspēdi fecit ⁊ qz dñi  
vixit istas tres sapientias secū retinu  
it ⁊ vītā bītā finuit. O jorallatio.

Arissimi. Impator iste potest  
dici quilibet bonus christianus  
qui habet imperiū corporis sui et  
anime sue sūa anima regere. Janitor in  
porta est volūtas luxera. Nullū est p̄ctū  
nisi sit volūtarū. Mercator qui venit  
ad portam est domin⁹ noster Iesus xp̄s  
Iuxta illud. Eypcalip̄. Ego ito ad osti  
um ⁊ pulso si quis aperuerit mihi intra  
lo ad eū ⁊ cenabo cū eo. Unde quotidie  
rendit tibi pro anima tua tres sapien  
tias. Floreni sunt virtutes anime. Pri  
ma sapientia. scilicet quicquid agas ⁊ c̄.  
Hoc est quicquid facis primo ⁊ princi  
paliter detet esse propter teū ⁊ in omni  
actu siue tpali siue spirituali. finem re  
spicias. Juxta illud Proverbioz. O Je  
morare nouissima tua ⁊ in eternū non  
peccabis. Sc̄da sapientia nolite viam  
publicā dimittere ppter semitaz. Via  
publica est via decem preceptor⁹ quam  
deles semper tenere v̄lqz ad mortem et  
nunqz per semitā male vite ambulare.

sicut heretici faciunt Tertia sapientia est. nūq̄ hospitū ad manēdū te nocte in domo alicui' accipias. tc. Senex ille est mūdus q̄ halter iuueniū a in uxore .i. vanitatē de die in diē orī iminūda et noua vanitas. Unde si in mundo hospitā fueris sine dubio timendū est tibi de morte qr̄ nemo p̄t deo et mundo finire. Satrapē q̄ ḵtra regem ḵspiraue rāt demones sunt q̄ sp̄ nitunt̄ hoīem spiritualē occidere. Et si non poterūt p̄ se loquunt̄ cum barbitōsore. i. carne q̄ ad modum barbitonoris radit oēs pilos Larō p̄ voluntatē suā radit v̄tutes q̄s in baptismō hō recepit. Sed si hō ad finē suū respiceret. s. ad mortē q̄ mor te delem̄ mori vel vbi vel quādo recede reta nobis oīs mal'act'. Studeam̄ ergo istas tres v̄tutes tenere et sic poteri m̄ ad eternū brauium puenire.

De beneficioꝝ memoria. Lāp. cūq̄

## Widaꝝ miles

erat qui sup oīa venari dileyit. Accidit vna dierum q̄ ad venādum p̄ terit. occurrit leo claudicās et pedem militi ostendit. Oiles vero te equo descedit et spinā acutā de eius pede extrahit et vnguentum vulneri apposuit et sanat̄ est leo. Post hoc vero rex illi' regni i eo dem nemore a casu venabat et illū leo nem accepit et multis ānis sceli nutriuit. Oiles ille ḵtra regē forefecit et ad eādē forestā fugā petiūt vbi oēs trāseūtes spoliavit et occidit. Rex vero illum captivauit et contra eum sententiā decidit veleni dare ad deuorandum et q̄ nihil aliud ad comedendum ei'daretur ad hoc et ille horribil̄ leo militē deuoraret Oiles vero cū in fouea eē piec̄ multum timuit expectāsc̄ horā qndo deuo raretur. Leo vero eum intime respxit et cum noticiā ei' halter aplausum ei fecit et septē diebus sine cibo remansit. Rex vero cum hoc audisset admirabat fecit militem de fouea extrahi et ait ei Dic mihi carissime quo poterit hoc eē q̄ leo tibi nō nocuit. Qui ait. Dñe a casu per forestam equitauit leo iste claudicas mihi occurrebat. Ego vero spinā

de pede eius extracti et vuln' sanavi. et iō vt credo mihi pepercit. Ut rex. Exquo leo non nocuit tibi ego tibi parca amo do studeas vitam tua corrigerē. Ille vero gratias regi reddidit et post hoc in omnibus est emendatus et finiuit vitā suā in pace.

## Ooralisatio.

Aristimi. Oiles iste q̄ venat̄ est. est homo mundanus. qui quotidie studet quō bona mun

dana poterit acquirere. Leo claudicās est totum genus humanum qđ per peccatum prīmi parentē claudicabat anq̄ spina. id est. p̄ctm originale per baptis̄ mum erat extractum. et cum vnguento bonay v̄tutū saluatum Post hoc miles ḵtra regē deum oportentē surgit quotiē ens mortalē peccat et ḵtutib⁹ spoliatur quas in baptismō recepit. sed leo. s. genus humanum capitur quotiens diuinis p̄ceptis obligat et in fouea penitentie p̄jicitur. Si vero miles hō p̄ctōr in eadem fouea p̄jicitur malum corporis ei euenire potest et etiā bonum qr̄ salutem anime potest p̄mereri. Quam nobis concedat. tc.

De vicisitudine cuiuslibet boni et persistūte recte iudicatiūm. Lāp. cv.

## Heodosius re

gnauit prudens valde q̄ lumen oculop̄ amiserat qui quandā legem dedit q̄ quedā campana in palacio esset posita. et quicumq̄ causam aliquā tractare halteret cordā campanē proprijs manibus pulsaret. Ad cui' pulsatōem iūderet qui ad hoc esset constitutus descendet et vnicuiq̄ iusticiā ficeret. Erat aut̄ quidā serpens q̄ sub corda campane nūdum fecerat. et infia tēpus breue pullos p̄duxit et cum pulli ambulare poterant prexit quoda die ad spaciandum cū pullis extra ciuitatē. Cum vero serpens absens esset bufo nūdum ei' intravit et occupauit. Serpens cum pullis rediens et bufonē nūdum occupantem videns ḵtra eum pugnat̄ sed bufonem deuincere nō poterat et sic bufo nūdum occupauit. Serpēs cū hoc vidisset caudā

suam circa cordā campane inuoluit et fortiter traxit ac pullavit. ac si diceret. **D**escēde iūdex et fac mihi iusticiā. qd in iuste bufo nīdū mesi occupat. **J**udex cū campanā audis̄er̄ descedit. neminē videns iterato alscēdit. **H**oc vidēs serpēs itēz pulsavit. **J**udex locaudicēs descendit et cū serpēte cordā trahentē vidis̄et et bufonē locū eius occupantē ascendit et totū regi tenuiauit. **A**lit ei rex. **D**escende et nō tantū bufone expelle h̄ illū occide ut serpēs locū sūm̄ occupet. qd et factū est p̄ omnia. **P**ost lec̄ vero vna di erum cum rex in stratu suo iacuisset serpēs camerā suā intrauit portasq; i ore suo lapidē p̄ciosum. **H**oc cū vidis̄ent servi regi dixerūt te introitu serpētis. **A**lit ille. Nolite eū sp̄edire. credo q̄ nul lū malū mihi faciet. Serpēs sup̄ lectū ei ascendit et versus facie ei p̄exit. Lū vero ad oculos ei venisser̄ lapidē super hos cadere pm̄is̄it et statim camerā ecūnit. **L**um vero lapis duos oculos eius teni gisset rex claz̄ risum recepit. Nō modi cū gaudēs serpēte reqū fecit sed non est inuētus. lapidē secū custodiunt̄ vi ta in pace finiuit.

### O moralisatio.

**L**arissimi. Rex iste potest dici q̄ libet homino mūdan̄ qui tenetur regere seipsum et tñ cecus est qn tum ad sp̄ualia. sed vidēs clare quātūz ad tpalia. Campana suspēsa est lingua predictoris q̄ certis tpibus telet pul sari. Corda campane est sacra scripture p̄ quā pdicator h̄abet descedere et virtutes atq; vicia intimare quō pctōres p̄ virtutes poterūt celū ascēdere et p̄ pecata infernū introire. Serpēs q̄ fecit ni dum sub corda campane est discret̄ cōfessor q̄ h̄abet se ponere sub sacra scripture. et in nido. i. in corde peccatoris pul los. i. bonas virtutes p̄ducere. **S**i vero aliq̄ sensus per pctm sit iniuiatus ha bet cordā sacre scripture pullare. tūc iūder. i. ratio telet telcēdere et oia p̄ retam cōfessionē excutere et corrigerē. **S**z sepe ḡtingit q̄ plati et cōfessores sunt tepidi et negligentes et p̄gunt extra ad mūdana et sic subdit̄ manent in piculo. quia bu fo. i. diabolus locū occupat. **Q**uid ergo

est faciēdū. cette vt cōfessor redeat ad peccatorē ducendo secū pullos. i. bonas virtutes. Serpēs halet duo. p̄t̄o por̄tat venenū. sic sacerdos dat venenū penitētie et antidotū absolutois salutis ase et telet cōtra diabolū pugnare informādo pctōrem quō diabolo est resistēdū. et sic eum de corde peccatoris expelles. **D**e inde serpēs lapidē portauit. sic discret̄ cōfessor p̄ sanctā scripture telet peccato ri lapidē. i. xp̄m dare. de cui⁹ virtute vi sum sp̄uale p̄t̄ recipere et p̄ cōseq̄ns vitā eternā obtinere.

**O** est vigilādū cōtra fraudes dyalo li ne nos decipiāt. **C**apitulū. cvi.

### O **L**um erāt tres

socij qui ad peregrinandū perge bant. Accidit q̄ cibaria preter vnu pa nē inuenire non poterāt et erant fameli ci valde et dixerāt ad inuicē. Si iste pa nis in tres ptes diuidat vnicuiq; ps nō sufficeret ex nr̄is ad saturādū. hale amus ergo sanū consiliū quō tebeam⁹ de isto pane disponere. **A**lit vn⁹. **H**ic in via dormiem⁹ et q̄libet somniū habeat et ille q̄ mai⁹ mirabile viderit ille totū ha beat panē. R̄nderūt alij duo. Bonū est cōsiliū et incepērūt dormire. Ille q̄ con filium dederat surrexit et ip̄s dormienti b⁹ et panē totaliter comedit. nec vnicā micā socijs suis dimisit. **H**oc facto soci os suos excitauit dicēs. Surgite veloci ter tps est vt q̄libet somniū suū dicat. **A**lit prim⁹. Larissimi mirabile somniū vidi sc̄z vnu scalā aureā de celo descedē tem p̄ quā angelī ascēderūt et descedēt et animā meā vlc̄ ad celū de corpe meo extrarerūt. qn ibi erā p̄tem et filii et sp̄itum sanctū vidi. et tantū gaudiū circa aiam meā erat qd ocu⁹ nō vidiit nec au res audiuit qd ibidē p̄cepi. **E**t istud est somniū meu. **A**lit secundus. **E**t ego vidi q̄ demones cū instrūntis ferreis ac ignitis animā meā de corpe meo tractauit. et ibidē me male tractauerūt et dixerūt. **Q**uādū de⁹ regnat in celo p̄manebis in isto loco. **A**lit tertius. **E**cludere somniū meu. **O**hibi videbaſ q̄qdā angelus ad me venit et ait. Larissime vis videre ybi.

sunt socii tui. Respondi. Etiā dñe. Inter nos hēm<sup>r</sup> vñū panē diuidere timeo q̄ cū pane recesserit. At ille. Non ē ita s̄z panis iurta nos ē sc̄re me. duxit me ad portā celi caput meū tm̄ sm̄ p̄ceptū suū infra portā posui. vidi te & videbas mihi q̄ ad celū rapt<sup>r</sup> fuisti & sederes in throno aureo. & multa cibaria ac vīna optima aū te. Dicitqz angel<sup>r</sup> mihi Ecce socius tu<sup>r</sup> absudat i omni gāudio et cibarijs. & ibide in eternū permanebit. qz qui semel regnū celeste intraverit. eti re nō poterit. Nā mecum veni & oñdā vbi ali<sup>r</sup> socius tu<sup>r</sup> ē. Cum vō secutus illuz fuisse durit me ad portas iferni. & ibi vidi te sic dixisti i penis grauissimis. & cū tibi quotidie m̄strabas. panis et viñū in magna copia t̄sca te q̄sui o caris simile socie mihi displiceret q̄ i istis penis iaces. tu vero vndistī mihi q̄ h̄diū de regnat in celo. hic p̄maneto. qz hoc mei cui. Surge & cito & totū panē comedē. qz amodo nec me nec sociū nostrū videbis. Ego vō cū vidi surseri & sic dixisti panē comedē.

## Oratio.

Darissimi. Per istos tres socios tria genera hominū intelligere delem<sup>r</sup>. Per primū saracenos & iudeos. Per secundū diuites & potētes hui<sup>r</sup> mūdi. Per tertiu viros pfectos sic sunt religiosi ac ceteri homines deūtimentes. Per panē rotundū regnū celeste intelligere delem<sup>r</sup>. Panis iste. s. regnū celeste diuidat inter tria genera hominū in merita sua. aliqui mai<sup>r</sup> aliqui minus primi sc̄z saraceni ac inde dormiūt in latiis suis. & credit se celum h̄i e. filtrū p̄missionē machometi cui<sup>r</sup> nē q̄ eis p̄misit in celo regnare etiā credit p̄ legē mosaicā illud re. Ita creditio est q̄si somnus. Socie cui somniauit se esse in inferno. sunt isti diuites ac hui<sup>r</sup> mūdi potentes q̄ sine aliqui dubitatioe p̄ pdicatores ac confessores sciunt. q̄ si in pctis sine p̄tritione decedūt q̄ ad infernum descendat & ibi eternam punitam. Et hoc nō obstante pctā sup pctā accumulat. Et ideo de diuitib<sup>r</sup> scribis. vbi sunt potentes mūdi hui<sup>r</sup> q̄ cū canib<sup>r</sup> & auiib<sup>r</sup>

ludebant. Mortui sunt & ad infernum de scendeūt. Tertius soci<sup>r</sup> s. xpianus qui nō in pctis nec in mala fide dormiūt. sed bonis opib<sup>r</sup> vigilat p̄ psilium angel i. i. spūsancti dona. vitam suas sic diriget vt panem. s. regnū celeste habeat.

De memoria mortis et nō delectando in temporalibus.

## Capitulum. xvij.

## Rat quedam

e imago in ciuitate romana q̄ rectis pedib<sup>r</sup> stabat hebatq̄ manū terterā extēsam & sup mediū digitū erat subscriptō. Percute hic. Imago ista a lōgo tpe sic stabat. eo q̄ null<sup>r</sup> sciebat qd b<sup>r</sup> significaret. Percute hic. Multū amirati sunt & sepi<sup>r</sup> ad imaginē venerū titulū respiciēdo. & sic recesserit qz subscriptō ex penit<sup>r</sup> ignorabat. Erat quidā cleric<sup>r</sup> subtilis q̄ cū de imagine audiſſet mltū sollicitus erat ea videte. dū autē ea vidiss<sup>r</sup> & subscriptionē legiſſet. Percute hic. Videlicqz solē sup imagines per solis vmbra digitū discernebat. per quē dicebat. percute hic. Statim ligonem accepit & vir p̄ distantia triū pedū fodiebat. & quodā gradū descendentes inueniebat. Cleric<sup>r</sup> autē modicū gaudēs sup gradū descendit quoque sub terra nobile palaciū inuenit. aula intravit. videntqz regē & reginā & multos nobis les in mēsa sedētes respexit & circunqz totā aulā plenā hominib<sup>r</sup> rōes erat vestib<sup>r</sup> p̄ciosis induiti. nullus er oīb<sup>r</sup> vniū cum verbuz ei loqbatur. Respergitqz ad vñū angulū & vdit lapidē politi q̄ vocat carbuncul<sup>r</sup> a quo tota tomplumē recepit. & ex oppōsito carbunculi in angulo bolem stantē habentēqz in manu sua arcum patū cum sagitta ad p̄cutiendū. & in fronte ei<sup>r</sup> erat scriptū. Ego suz q̄ sū. nullus arcū meum vitare p̄t. & p̄cipue carbuncul<sup>r</sup> ille q̄ relucet tam splēdide. Clericus cū hoc vidiss<sup>r</sup> ammirabas. cāmerā intravit. & milieres pulcertimas in purpura & pello opātes inuenit & nul lum verbū ei dixerit. Deinde stabuluz equoz intravit & optimos equos & asinos. & sic de ceteris inuenit. eos tetigit &

ad tactū suum lapides appetuerunt. Hoc  
facto omnia hitacula palaciū visitauit. et  
quicq; cor ei de siderabat h̄ inuenit. De  
inde sic prius aulā intravit et recessu  
cogitabat ac in corde suo dicebat. Si  
rabilia vidilodie. et q̄cquid cor deside  
rat hoc poterat inuenire. Ut cunctamen  
nullū dicitis meis credet de illis q̄ vidi.  
Et iō bonū est in signū veritatis aliquid  
meū portare ad mēsam supiorē respe  
xit cyphos aureos ac cultellos optimos  
vidit. ad mēsam accessit. vnu cyphum  
cū cultello de mēsa leuauit ut secū por  
taret. Cum vo in sinu suo collocaſſ. una  
go q̄ in angulo cū arcu et sagitta stabat  
ad carbunculū sagittā direxit. et illum p̄  
cussit. et in mīras p̄tes diuulsi. In cōti  
nenti tota aula facta ē sic nox tenebro  
sa. Cleric⁹ vidēst totālē et tristat⁹ viā  
exeundi ppter nimia obscuritatē inue  
nire nō poterat. Et sic in eodē palacio  
misera morte mortu⁹ ē. Si oralisatō

Harissimi. Ista imago q̄ dicit

Percute hic. ē diabol⁹ q̄ circuūt  
querens quē reuoret qui habz  
manū extensam. i. p̄tātem sup̄ pctōres  
decipiendos. qui dīc. percutē hic in terra bona mū  
dana appetendo cor tuū in terrenis po  
nendo. Clericus q̄ reuenerat postq; alij  
recesserunt est hō cupidus siue auarus  
qz sic bonus cleric⁹ die ac nocte studet  
vt scientiā sibyp̄si. i. primat⁹ et alios doce  
at. nec satiari p̄terit qn semp noua in  
uenit. Eodem mō hō cupid⁹ die ac no  
cte studet i terra et mari quō poterit vo  
na mūdana acq̄uire. nec ocl̄ ei satianē  
Et ideo h̄ tales dicit seneca. Cum ola  
pctā senescut sola cupiditas iuuenescit  
Illi qui reuenerūt ad imaginēsunt boni  
christiani et p̄cipue religiosi. q̄ mundus  
respicunt qntū ad victū et restitū. et sic  
recedunt nec sup̄scriptionē dyaboli cu  
rant tales picula euadent. Cleric⁹ vo  
p̄ vmbra digiti in terra p̄cussit. sic au  
arus p̄ vmbra. s. mūdi vanitatē. q̄ est q̄i  
vmbra transiens. accepit ligonē. i. cor  
pus adensum et assensum ac intellectū  
p̄ q̄ diuitias mūdi incipit fodere. Lūz  
vero grad⁹ inuenit descendit. Prim⁹ gra

dus est supbia. sc̄ds h̄cupiscentia ocul  
orum. tert⁹ cōcupiscentia carnis. Per  
istos grad⁹ et alios diuersos cupid⁹ de  
scendit et pulch̄ palaciū vt ei videſ ple  
nū hōb̄ ac vanitati h̄ inuenit. s. mun  
dū istū in quo et i quib⁹ miser hō miro  
mō delectas. Imago q̄ cū arcu stabat ē  
mors q̄ semp̄ est parata quēllet nosq;  
p̄cūtere. sic dicit scriptura i frōte. Ego  
sum. s. mors qz multo tpe in mūdo isto  
introducta sum p̄ pctm̄ primi parent̄.  
Et nullus poterit qntūcūq; diues ge  
nerosus aut fortis arcum meū euadere  
Carbuncul⁹ ē vita homis. q̄du vita i  
eo manet. dat ei lumen carbuncul⁹. s. vñ  
tam pōth̄se. h̄ tñ auar⁹ melius credit  
ac sperat⁹ uiere. Et bona mūdana q̄ in  
telligunt p̄ cyphū et cultellū i sinu suo  
sej i archa sua credit includere. veniet  
mors et p̄cūtiet cū sagitta. i. cum graui  
infirmitate vitā suam. et statim fit ob  
scritas intantū p̄ oēs lensus lumen su  
um ac virtutē amittit. et iacet corpus  
ibi mortuū et miserabilis. qz ista triduū  
incipit ferere. tsc̄ diahol⁹ animā rapit  
amici et sanguinei. bona sua q̄ cū mas  
ledictione dei acq̄suiuit. obtinebitz cada  
uera terra ac vermes corp⁹ occupabūt.  
Et sic nihil peccatori relinq̄tur nisi pe  
na eterna. Studeamus et c.

De promissionis fideli constantia.

Lapl̄m. cvij.

## E Rat quidam

impator in cui impio erā  
duo latrones ad inuicē  
derati iuramento vt null⁹ alij dim  
ret in necessitate. sed q̄libet p alt  
tam poneret. mīta mala ad inuicē  
traverit. s. furtū et homicidū. Ac  
mel q̄ vñ sine altero et eo absē  
furtō capt⁹ erat. et i carcere in coſecutione  
posit⁹. Qd audies soci⁹ eius alter latro  
ad eū venit et dixit. Larissime socie dic  
mibi i fide in q̄ ligati sum⁹ qd fiet tibi.  
At ille. Ut mihi videſ mori teleo. qz  
complēnsus sum cū furtō. si velles tñ  
facere istud qd tibi dixerō sp̄ esse. tibi  
obligat⁹. Uxorē et puulos ac familiam  
habeo de eis nihil ordinari nec dō bonis.

meis si in loco meo posses expectare in carcere, p me b poteris a iudice inqre; re. donec ad domum vadam / et de uxore et de familia et de bonis meis ordinauero / et tpe obito reuertar et literabo te At ille Istud sat fideliter adimplebo. Perrexit ad iudicem et ait. Domine mihi amicu meus ca pterus est in carcere positi morte ut credo euadere non pot. Si placet tamen vna petitione a vobis peto / ut eu licet eis quod ad dominum propriae accedere possit ut an mortem suam de uxore et familia poterit disponere. Ego vero ut de eo sis securus loco suo in carcere remanebo donec venerit. Ait iudex. Tali die iudicium de eo et de alijs fieri. Si vero eodem die non venerit quod ad huius respondebitis. Ait ille. Domine omnem securitatem quod tibi placet adipelvo. quod si non venierit / per eum amorem morte sustinendo. Ait iudex. Petitionem tuam exaudiem. ita tamen quod te in vinculis haleam quoque ipse redierit. Et ille. Non placet mihi. Tunc iudex posuit ipsum in carcere / et alium libere misit abire. Ille vero domum recessit de uxore prole et familia ordinauit / et tandem mortam fecit. s. ad tertium diem iudicium in quo oes malefactores coram iudice sunt presentati. Inter alios ille qui prompte se carceri obtulit / per amicum suo est presentatus. Ait ei iudex. Ebi eam cum tuis qui hodie telet redire et te liberare ac salvare. Ait ille. Domine spero quod non deficit. Iudex vero dum expectabat si veniret et non dum venit. Statim dedit per sententia ut ad patibulum duceretur. Et sic factum est. Cum vero ad patibulum venisset. ait ei iudex. Larissime imputes tibi et non mihi quod nunc morieris. dicisti per amicum tuum venire et te liberaret. Ait ille. Domine ex quo mori debeo / instanter peto ut an mortem meam pulsare potero. Ait iudex. Cuiusmodi pulsatio erit illa. Qui ait. An mortez mea tribu vicibus clamabo. Et ille Osi hi placet. Ille incepit alta voce clamare / primo secundum et tertio. respectus circumque et loquens agili cursu veniente vidit a longe et ait iudici. O morte mea differas ecce loquens veniente video / forte iste es socius meus qui me hodie liberabit. Iudex vero cum ipsum veniente audisset. expectauit

Et ecce socius eius venit et ait. O domine ego sum ille qui de bonis meis dispositi et amicus meus interim in piculo mortis per me sterit. Illu libere permittas abire quod patut sum per peccatis meis morte sustinere. Iudex respectus eum et ait O carissime me / dic mihi quam que ad iniucem estis ita fideles. Et ille domine a puericia quilibet alteri fidem dedit / ut in omni fideles essent. Et hec est causa que ipse in loco meo se posuit quoniam de domo mea ordinasse. Iudex ait. Ex quo ita est / tibi morte remitto / et sitis mihi fideles. de cetero mecum mæbis / et de plena vobis necessaria puidet per oia. Ait illi. Domine omnem fidelitatem amodo permittimus vobis. Iudex igit eos recepit ad gram et omnes iudicem laudabant qui fecit eis tales misericordiam.

## O moralisatio.

Larissimi. Rerum iste impator est pater celestis. Duo latrones anima et corpus quod facti sunt per peccata socii. s. in baptismate ad iniucem vivi. ita quod quilibet alteri fidem dedit alium in necessitate non deficeret quod dixerunt. abrenuntio diabolo et pompis eius. et post hoc facti sunt socii in omni opere. sed unus sine altero est captus / et fortiter adiunctus latus / quoniam homo mortaliter peccat aniam sub iugo diaboli manet. Alter socius scilicet corpus hincinde in deliciis suis vacat. Sed bonus christianus deo dilectus cuius intelligit quod anima in peccatis iacet. et per consequens in carcere dyaboli / habet se offerre loco eius. hoc est in loco prisie. permanere quoniam anima ad uxorem id est conscientiam pergit et cum ea disponit de prole et familia. i. de diuinis preceptis et peccatis. quot et quantum contra diuina precepta deliquit. et quodcumque in peccatis permanet / et pro qualibet peccato debet satisfacere deo. Sed dic mihi quomodo. Lerte per orationem / ieunium et elemosinam. Interim corpus telet clamare tria / videlicet prima vox est amara contritio Secunda intergrae confessio. Tertia plena satisfactio. Statim ad istos clamores anima que iam domum conscientie disponit ad te veniet in forma debita. et ambo. s. corpus et anima intrabunt in eterna tabernacula.

Ad que nos pducat dominus noster  
iesus christus tc.

Quos ditat dyabolus per auaticiam  
in fine recipit ad gehennam. Cap. cix.

## ¶ Widam faber

dives iuxta mare in quodam civi-  
tate manes valde auar et ma-  
lus erat. multa pecunia collegit et vnu  
truncum impleuit et ipsum iuxta ignem po-  
suit in spectu olim. ut nullus de eo suspi-  
cionem haberet quod pecunias contineret. Eci-  
cavit semel cum omni somno essent oppres-  
si mare domum intrauit intatum quod truc-  
cū pecunia natabat et quoniam mare recessit  
truncum secum abstulit. et sic truncus nata-  
bat per mare multa miliaria quoque per  
ueverat ad unam ciuitatem in qua erat qui-  
dam homo qui cumune hospicii habebat  
Homo ille mane surrexit videns trun-  
cum natare ad terram duxit credens nichil  
aliud esse quam quedam lignum ab aliquo  
piectu vel terelictu. Ille homo erat valde  
liberalis et largus erga pauperes et peregrini-  
nos. Accidit una die quod pegrini in ei-  
domo hospitati sunt et erat tempus frigidi-  
ssimum. Hospes cum securi lignum scandit  
et post tres vel quattuor ictus sonitum  
audiuit. Deinde scandens et pecuniam ins-  
ueniens gaudens est et sub custodia po-  
suit si aliud veniret cuius esset reddere  
vellet. Faber vero de ciuitate in ciuitates  
vixit querendo pecunias suas venit ad ci-  
uitatem et ad domum hospitum qui truncum  
inuenit. Cum mentione de truncu per-  
ditio ficeret audiens hospes intellexit  
quod pecunia eius fuit cogitauit intra se. Nam  
probabo si voluntas dei fuerit ut pecu-  
nia eius reddatur. Fecit fieri hospes tres pastil-  
los de pane. Primi impleuit terra. Se-  
cundum ossibus mortuorum. Tertium cum pecu-  
nia quam inuenit in truncu. Hoc facto  
dixit fabro. volumus comedere tres homi-  
nos pastillos de optimis carnis quas  
habeo. quemque elegeris sufficientem ha-  
bebis. Faber vero unum post alium leuauit/  
pastillum plenum terra magis ponderantez  
inuenit et illi elegit. Et ait hospiti. Si  
plus indiguerem illi secundum eligo/ ponem  
manus super pastillum plenum de ossibus mor-  
tuorum.

thor. tertium pastillum tibi haberas. Ho-  
spes sed videns in corde suo dicebat. Nam  
clare video quod voluntas dei non est quod ille  
miser pecunia sua habeat. statim pauperes  
ac debiles cecos et claudos vocavit. et  
in proximitate fabri pastillum aperuit et ait. Ec-  
ce miser pecunia tuaz quam manibus tuis  
tradidi. tu potius pastillos de terra et  
de ossibus mortuorum elegisti. Et bene. quod  
deo non placuit ut pecunia illam rehabe-  
res. Hospes statim coram oculis suis  
totam pecuniam illam inter pauperes diui-  
sit. et sic faber cum confusione magna re-  
cessit.

### ¶ Moralatio

Amissi. Faber iste potest dici quod  
libet homo mundus quod potius nitidus  
mundo fuire quam creatori nro.  
Per truncum istum vnde regis clausus cor cui  
inservis auari intelligit quod ipse est clau-  
sus quo ad celestia. Pecunia inclusa sive  
quedam opera mentoria que aliquis miser  
homo committit ex timore dei compulsus.  
Vtare quod fluit et resiliat est mundus iste quod  
rapit de corde auari quicquid boni comi-  
serat non tamen virtutes quae in baptismate re-  
cepit. sed bona cogitationes cordis. Vnde  
thei. vi. ubi est thesaurus tuus. ibi est et  
cor tuum. Hospes quod truncum iudeat est bonus  
platus vel confessio discribitur quod tenet circa  
potiores diligentiam huius et eorum corda et  
facta scrutari et inuestigare quomodo poterit  
ad viam rectitudinis duci. Unde homo  
tenet sequi viam per quam poterit salutes  
inuenire. sed ad confessionem currere et  
in domo ecclie hospitari et cibis precepit  
ole dire. Tunc confessio debet ipsi tres pa-  
stillos ostendere ut unum eligat de ipsis per  
quem famam peccati extinguere possit.  
Primus enim pastillus erat plenus terra  
et designat mundum. quem si mundanus homo  
elegerit in vita ista nihil aliud iuueniet  
rit nisi terram puram. scilicet sepulcrum viriles  
pitem pedes continet. Quia omne quod est  
in mundo aut est superbia vite aut cupientia car-  
nis. immo totus mundus in malitia est positus.  
Ergo re illis qui mundana eliguntur. Omne  
mentio homo quod cinis es et in cinere  
reuerteris. Secundus pastillus erat ple-  
nus ossibus mortuorum. et figurat carnem

id est carnales homines. ut sunt ociosi /  
gulosi et luxuriosi. qui cum omnibus studio in /  
tendunt carni placere. Cetera tales dicuntur apli- /  
cius. Si enim carnem vixeris. moriemini /  
Tunc inuenies opera tua quia ossa arida /  
que nihil aliud valent. nisi vestrum cibum burans /  
Vide quod illis quod illum pastillum. scilicet carnales de- /  
licias eligunt. Tertius pastillus erat plenus /  
argento et auro puro. et ille designat celum empyreum in quo est thysaurus infinitus /  
Pauci sunt respectu quod manu ad illud /  
pastillum perniciem. Unde math. xij. Latra est /  
via quod dicit ad infernum. stricta quod ducit ad /  
celum. ideo pauci peam abundant. Quid /  
ergo est faciendum. Lerte vocandi sunt /  
pauperes et debiles. iusti atque sancti quod in vita ista per tribulaciones multas propter /  
deum transierunt et multas miseras su- /  
stinxerunt. Talibus dices illud matthei /  
xxv. Venite benedicti preciosi mei percipite /  
regnum quod robis patrum est. Quod nos /  
perducat tecum.

De mirabili errantibus reuocatione et afflictorum pia consolatione.

### Capitulum. cx.

**T**RAIANUS III  
